Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31632
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

su. Per me misericordia tua. et veritas
tua obpsiset me. Circumdederunt me
quasi aque tota die. vallaverunt
me pariter. Longe fecisti a me
amicum et sodalem. notos meos abs
tulisti. Eruditionis ethan
ezrahite. Lxxxviii.
Misericordias dni
in eternum cantabo. In
generatione et generatione. annun
tiabo veritatem tuam in ore meo.
Quia dixi. sempiterna misericordia edifica
bitur celos fundabis. et veritas tua
in eis. Percussi fedus cum electo
meo. iuravi dauid seruo meo. Vsq
que in eternum stabiliam semen tuum. et edi
ficabo in generatione et generatio
ne thronum tuum. Semper. Confi
tebuntur celi mirabilia tua dne.
et veritatem tuam in ecclesia sanctorum.
Quis enim in nubibus equabitur dno.
assimilabitur dno de filiis dei. Deus
inclitus in archano sanctorum nimio.
et tribilis in cunctis que circa eum
sunt. Dne deus exercituum quis similis
tibi fortissime dne et veritas tua.
Tu dominaris superbie maris. et elevan
ones gurgitum eorum tu comprimis. Tu
confregisti quasi vulneratum super
bum. in brachio fortitudinis tue dispersisti in
imicos tuos. Tui sunt celi et tua est
terra. orbem et plenitudinem eorum tu fun
dasti. aquilonem et dexteram tu creasti.
thabor et hermon nomini tuo lau
dabunt. Tuum brachium cum fortitu
dine roborent manus tua et exaltet
dextera tua. Iustitia et iudicium
firmamentum throni tui. misericordia et veritas
precedent faciem tuam. Beatus populus qui
nouit iubilum. dne in lumine vul
tus tui ambulabit. In nomine tuo
exultabit tota die et in iustitia tua
exaltabuntur. Quia gloria fortitudi
nis eorum tues. et in voluntate tua
eleuabis cornu nostrum. Quia dno est
protectio nostra. et sancti israel regi nostro. Tu
locutus es per visionem sanctis tuis et di
xisti. posui adiutorium super robustum
et exaltaui electum de populo. Inue
ni dauid seruum meum. oleo sancto meo
unxi eum. Cum quo manus mea firma
etur. et brachium meum roborabit eum.
Non decipiet inimicus eum. et filius ini
quitatis non affliget eum. Sed conte
ram ante faciem eius hostes illius. et qui eum
oderunt percutiam. Veritas autem mea
et misericordia mea cum ipso. et in nomine
meo exaltabitur cornu eius. Et ponam
in mari manum eius. et in fluminibus
dexteram eius. Ipse inuocabit me pater
meus estis. deus meus et fortitudo salu
tis mee. Ego autem primogenitum
ponam eum excelsum regibus terre. In eter
num cantabo eius misericordiam meam. et pactum